

CONSTITUTIONES, ET DECRETA

De Cura Pestilentiae.

EX CONCILIO PROVINCIALI QVINTO
MEDIOLANENSI EXTRACTA,

Et in hoc libello separatim a Constitutionibus
& Decretis alijs collocata.

Summarijs unicuique Capiti præpositis.

Per Reuer. Presbyterum Dominicum Zucchinettum à Suna,
Verbani Lacus Nouariensis Diœcesis.

*Indice rerum, & materiarum omnium hoc ipso in libello
contentarum copiosissimo.*

C V M P R I V I L E G I I S.



VENETIIS,

Apud Franciscum de Franciscis Senensem.

M D XCV,

COLL. SOC. IESV SALM. EX EDNO REGVM

D E C V R A

PESTILENTIAE.

C A P . I .

S U M M A R I U M .

1 Pestilentia , quæ loca inuaserit .

2 Pestilentia ius .

3 Pestis , ob Dei offensiones irruit .

1  V pterioribus proximis annis funesta pestilentie contagio primum urbes aliquot Italiæ celeberrimas, oppida permulta, & pagos complures, deinde sensim longè, latèque dimanans, Mediolanum, eiusque Diœcœsim ferè omnem, & aliquā Provinciæ partē ita vehementer inuasit, vt multiplicem, variamque stragem ediderit. Quo afflittiſſimo tempore res multas commiseratione, lachrymis, luctuque dignas, & aliunde audiuius, & oculis nostris in urbe, Diœcœsique Mediolanensi adspeximus.

2 Tanta enim illius uis est, tamque vehemens, vt, cùm occultè in omnes partes progrediens, breui momento temporis, quasi repente quodam impetu turbida tempestatis, homines obruat, tētērimi contagij metu omnes ferè consternentur. Quamobrem eo paurore animi commoti, atque obſtupfacti plerique tantum abeſt, vt officijs sui patres fortiter amplectantur, vt, quasi è mentis suæ statu repente dimoti, ne cogitare quidem, ne dum deliberationes, confiliaque ſuscipere poſſint, quid in calamitate publica expediat, & quid planè neceſſarium sit. Alij vero eo meo affecti, dum humanæ prudentiæ cautionibus ſe tueri volunt, eā ſibi ſollicitudinem, quæ tota mundanæ diligentiae prædijs nititur, ita præpoſterè ſtruunt, vi religionis, pietatisque Christianæ, ſi omnino non obliuiscuntur, eius tamen officia intermittant: nām ſep̄e fit, ut Missæ ſacrificio intereffe, ſacramenta ſuscipere, Ecclesiastica frequentare, ad conciones ſacras conuenire, ſupplicationes publicas, publicèque orationis munus obire negligant, & quos cognitionis gradu conjunctissimos, quosque charos habent, ſi quādo fortalle in pelliferam labem, aut in ſuspicionem eius incident; non modo illos non curent, ſed etiam ab